



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ex illicita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

nus non mortale, si ex eo sequatur mors: nec
vertere agrum qui ex eo præter intentionem
citius moritur: nec puerum in periculo bapti-
zare: qui ex eo citius moritur.

* Nisi 3 mutilus est, cui membrum abscissum
est, qui non mutilat, sed debilitat solum non
est irregularis, *Couar. l. c. §. vii. nu. 9. ex commu-
ni Nau. n. 297. & 224.*

Propinquam 3 *Nau. nu. 209.*

Reum 3 *vide Nau. n. 226. Sayrum l. c. 16. n. 7.*

Nec denuntiare 3 *vide Sayrum l. c. c. 18. nu. 4.*

Inquisitorem 3 *Sayrus l. c. n. 26.*

Hortari 3 *Nau. 215. & Nec dare 3 Nau. 224.*

Nec si Clericus 3 *Sot. l. 5. q. 1. ar. 9. at affirmat
Nau. num. 222. & Nec accusare 3 vide Sayrum l.
c. c. 18.*

* Nec vertere 3 *Sot. l. c. nisi mortalis negli-
gentia excuset. Lege Nau. nu. 229.*

5 Dispensat in prædicta Irregularitate Papa,
& ad Ordines minores, & beneficium sim-
plex Episcopus: imò, secundum quosdam, po-
test prorsus cum Iudice, & eius ministris di-
spensare: sed communis opinio, & praxis est
in contrarium. Ferè autem soli hi in eam Ir-
regularitatem incidunt, quibus assentior.

* Dispensat 3 *Vide Nau. nu. 40.*

Ex illicita.

1. **Q**ui post baptismum, viuum hominem
illicite, & cum culpa mortali occidit,
aut mutilat dando etiam ad id causam pro-
pinquam,

pinquam, vt consulendo, hortando, mandando, nisi antea reuocet mandatum, quod fecit, est irregularis; secus si id fecit, vnde non per se secuta est mors; aut si non impediuit cum posset, nisi teneretur ex iustitia; aut si cum esset cum adultera deprehensus, illa à viro est occisa, aut ipse mutilatus, aut se defendendo, virum occidisset.

*Vide Sayrum l. 7. c. 1. Nau. à n. 219. Vival. à nu. 190. Maiol. l. 5. c. 48.

*Vide citatos superius. Ex licita num. 1.

Propinquam? Nau. l. c. 219. 220. § Nisi antea? Lopez p. 1. c. 63. Nau. nu. 233. vbi de mandante, & consulente? teneretur? Nau. nu. 231. Sayrus l. 7. c. 4. § Aut si? Nau. nu. 238. alij tamen negant. vide Vival. 312.

2 Homicidium casuale facit Irregularem, cum oritur ex peccato, & opere ex quo sequitur, vt causa ex natuta rei.

*Vide Lopez l. c. ita Nau. nu. 235. & 227.

3 Rati habitio post factum secretà, non facit irregularem.

*Covar. de homicid. 2. p. §. 1. num. 4. Vival. num. 299. Sayrus l. 7. c. 4. nu. 17. at. Nau. num. 233. Maiol. l. 5. c. 48. §. 6. num. 1. & alij dicunt facere Irregularem.

4 Cum multi iaciunt lapides, & nescitur quis eorum occiderit, omnes censendi sunt Irregulares. Covar. 2. p. de homic. §. 2.

*V. Sayrum l. c. nu. 13. Covar. 2. p. de hom. §. 2. n.

5. *Glof. in c. si quatuor 23. q. 8. Maria. Soc. Hofst. Spec. Ast. aiunt, esse Irregularem.*

5 Qui sibi vel solos testiculos vel membrum genitale abscidit, est Irregularis, *c. si quis 2. c. 3. d. 50. potest episcopus dispensare, si est occultum factum.*

**Vide Tol. l. 1. c. 23. nu. 10.*

6 Qui iubet occidi vnum, si occidatur alius, non est reus homicidij voluntarij.

7 Cum homicida voluntario solus Papa dispensat. Si tamen est occultum potest Episcopus ad minores, & beneficium Simplex: id enim poterat iure antiquo, quod non est sublatum per Conc. Trid. In casuali etiam publico dispensat Episcopus quoad minores. *Conar. 2. p. Relett. Clem. Si furiosus §. 3. num. 5. Sylu. V. Homic. nu. 11. pest Panor. non videtur quoad Maiores. Syl. ibid. Vnde c. continentur de Hom. c. Conc. Trid. sess. 13. c. 7. de Reform. & in mutilatione occulta.*

** Si tamen zita Mart. Ledes. 1. 4. qu. 26. art. 2. à quo parum discrepat Met. l. 1. Instru. e. 11. §. 12. quos deceptor, ait Sayrus. l. c. c. 7. nu. 14. certè Nau. 240. in fine, Maiol. l. 5. c. 48. Vinal. nu. 317. de Irreg. Lopez p. 2. c. 93. Philiacus. l. 4. c. 11. §. 8. Val. Arragon. Tol. negant ex claris Concilij verbis {Causali} Sayrus l. 5. nu. 20. Tol. l. 31. Nau. l. c.*

Addit.) Qui foetum inanimatum in utero perimit, non est Irregularis, neque qui portionem

tionem dedit mulieri, ne concipiat. *Sot. d. 25.
q.1 art.3. Nau. n. 223. Sayrus l. 7. c. 1. nu. 2.*

Ex Ordinis abusu, uide Ordo.

1. **Q**ui, cum sit excommunicatus, ordinatur in sacris, est Irregularis. Idemq; de suspenso, & interdicto quidā aiūt, alij negāt. Dispensat Episcopus cum ingrediente Religionem, aut si est occultum.

**Nau. nu. 241.*

Idemque? *Nau. l. c.*

2. Item qui accipit eodem die cum minoribus Ordinem sacrum (nisi excuset consuetudo) aut duos sacros. Dispensat Episcopus, vt acceptis prius vti possit, & Prælati cum Religioso, etiam vt ad maiores ascendat.

**Syl. Irregularitas nu. 5. Nau. l. c.*

Dispensat? *Nau. l. c. secundo.*

3. Item qui ordinatus à denunciato, excommunicato, suspenso, interdicto, Simoniaci, vel hæretico, nisi excuset ignorātia, aut met^o.

**Nau. l. c. 4. Fum. Irregul. num. 78. Tot. l. l. c. 30.
num. 3.*

4. Item Clericus, qui serid, & solemniter vnitur Ordine sacro quo caret. Dispensat verò Episcopus, vt accepto ordine vtatur, non vt ascendat.

**Nau. l. c. 7. § Dispensat? Nau. l. c. nu. 243.*

5. Cantans Epistolam solemniter, sed sine manipulo, non fit Irregularis. *Ang. Irregula-*